



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 125. Davidis interitus, ejusque opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

Sæcul. XVI  
A.C. 1578.

sylvania, velut heroem inter suos celeberrimum deprædicant, ac Sociniani eundem tanquam egregium suæ fœtæ Patronum habere gloriantur.

§. CXXV.

*Davidis interitus, ejusque opera.*

*Sand. l. c.  
Spond. hoc  
ann. n. 17.  
Paleol. Con  
fess. Jud.  
Eccl. Pol.  
pag. 232.  
Possev. sett.  
3. cap. 7.*

Scripsit Davidis quædam opuscula, atque inter alia præcipue hæc erant. I. Epistola ad Poloniæ Ecclesiæ circa questionem de millenario Christi regno in terris: data erat hæc epistola Albæ Julianæ Anno Domini millesimo quingeniesimo septuagesimo: nondum tamen typis excusa prodiit. II. Tractatus de Dualitate in tria capita divisus, cuiad jungitur quædam dissertatio, qua ostenditur, quod unus, solusque Deus Israel Christi Pater, nullusque alias fit invocandus: porro in hoc opusculo, quindecim theses continentur, quæ in Tordensi Synodo fuerant propositæ. III. Alius tractatus unacum adnotationibus in quasdam Blandrati assertiones. IV. Tres Theses, quibus triginta alias Blandratus opposuisse dicitur. V. Libellum etiam edidit, in quo triginta illas Blandrati propositiones impugnat, afferque, quod Christus Dominus nunc Deus appellari nequeat, ac proin, cum Deus non sit, etiam non invocari valeat; præterea affirmat, quod Lutherus, & Calvi-

XXIV.  
os ce-  
iniam  
fecta  
  
era.  
a, at-  
nt. I.  
quæ-  
no in  
æ Ju-  
gen-  
amen-  
us de  
ii ad-  
sten-  
rael.  
invo-  
quin-  
Tor-  
III.  
ibus  
IV.  
Blan-  
tom  
lan-  
erit-  
Deus  
Deus  
eat;  
&  
alvi-

Calvinus de justificatione, & Prædesti-  
natione perperam senserint: insuper lo-  
quitur de regno Messiae, statuitque, quod  
Prophetæ, qui Christum nobis prædixe-  
runt, nonnisi ex conjecturis, ac divi-  
nando de eo sermonem habuerint. Sa-  
cilegum hoc opus anno Salutis nostræ  
millesimo quingentesimo septuagesimo  
octavo typis vulgatum est: porro Posse-  
vinus testatur, quod idem Davidis sex-  
decim thesium Author fuerit, atque in  
earum prima Christum Dominum vere  
sancti Josephi Filium exstitisse affirma-  
rit, in undecima vero tradiderit, quod  
Christo Domino non aliis deferendus  
sit cultus, quam is, qui eidem præsta-  
tur per præceptorum suorum observan-  
tiā, hæ tamen theses, prout vero si-  
mili videtur, non nisi exiguo tempore  
ante ejus obitum vulgatae fuerunt. Ce-  
terum Davidis edidit quoque alias qua-  
tuor theses Fausto Socino propositas,  
quibus comprobatum reddere nititur,  
quod Christus Dominus in nostris pre-  
cibus non sit invocandus: denique alio  
scripto ea, quæ Faustus Socinus ad  
quatuor hasce Theses respondit, con-  
futabat, porro postrema duo hæc opu-  
scula in Davididis apologia Anno Sal-  
latoris nostri millesimo quingentesimo  
octogesimo typis excusa publici juris  
fuerunt facta.